



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Sigillum cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

*jubilus in corde.* S. Bernardus. Mel in ore dulcissimum, melos in aure suavissimum, jubilus in corde preciosissimus. Est mel, in cuius comparatione omne nectar pro felle habendum est: est harmonia, cuius comparata omnis Musica mundi, videtur turpis dissonantia: est jubilus, qui spatietur in immensitate Dei, gaudet in infinitate, durat in aeternitate.

Quam verum est, quod *meliora sint ubi veritas*, alij legunt, *amoras tui vino!* Suavitas Amoris cum infinito excessu, superat omnem consolationem amoris terreni. Quia, ut S. Thomas ait, *consolatio* vina est *universalis*, quia afficit totum hominem: *timior*, quia penetrat intima cordis: & *durabilior*, non finitur cum vita presente; sed durat etiam in aeternitate futura. Has conditiones non habent voluptates mundi, ut manifestum est.

Si ergo desideras transferri velut in paradisum, ingredi mansiones caelestes, bibere fontem vitae, tenentem actum Amoris, dic ex intimo corde, *domine, amabo semper versuta bonum.* Per hunc actum melis lingua, aures resonabunt melodia caelesti. Cor non praeterit vero gaudio & voluptate, nec sciet, nec sentiet aliud, quam amorem.

## CONSIDERATIO XXX.

AMOR DEI;

*Sigillum cordis.*

**D**uo effectus habet sigillum naturale: conservaturam, quae in charta est, ne possit deleri, & prohibet, ne aliud possit inscribi de novo. Idem facit naturale sigillum Amoris Divini in anima: conservaturam, & prohibet profanum amorem. O Amor Divinus, *signaculum super cor meum*, obsigna cor meum, ut non sit mundo, carni, ac daemone. *Quod scriptum est in corde meo sanctum*, & purum amorem: non alius amor introducatur.

Amor, quid facis? Necessa; *intende, prospere pro-*  
*regna.* Debella tuos inimicos: prosterne hunc  
 lentum, enerva passiones, annihila inordinatos  
 hos. *Vexillum super me Amor:* legunt alij. Non aliud  
 te regnet, quam Amor. O Sancte Amor, Sigillum  
 meum! Beatum cor, quod est obfirmatum à te, A-  
 more, Divine! Vivit securum & latum: non timet insidias  
 que vim foris.  
 O miserum cor, à mundo signatum! Infelix & mœ-  
 rum vivit: admittit solummodo mala, bonum excludit.  
*Amor meum, Domine, tanquam cera liquecens,* sed tibi  
 Amor meus: mundo verò adamantinum: recipias  
 regnum celestem, terrenam rejicias.

## CONSIDERATIO

XXXI.

AMOR DEI,

*Amor abalienans.*

S. Ambrosius: *Beatus, qui, factus à semetipso*  
*divinus, contemnit visibilia. Sed invisibilia ascendit.*  
 Illud Bonum Divinitatis intendit; Bonum illud,  
 solum est Bonum, Increatum ac Divinum bonum.  
 Aliud requirendum putat; quia tenet, quod summum est,  
 quo contemetur omne bonum.

Divina alienatio, o celestis transmigratio: transire  
 in celum, à carne ad spiritum, à proprio corpore  
 corpus Christi? Et hæc vis est Sancti Amoris. Quan-  
 do diliges te Deo per amorem, tantum discedes à te-  
 rram tantum alienaberis, quantum amaveris.

Hæc ergo deberet esse petitio nostra continua, *Domine*  
*trahere me post te. Cant. 4.* trahere hanc animam per affe-  
 ctum extra hoc corpus: trahere hunc spiritum extra hanc  
 terram. Neque cogites, te hoc tractu passurum  
 violentiam. *Hæc tractio dulcor est, suavitas est,*  
*ipsa suavitas trahit,* inquit S. Au-  
 gustinus.

CON-